Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3253
Quelle:
Copyright:

Möcht es geſchehn Criſtlicher Zucht
ich redt gern von Luteriſcher frucht
was Tugent ſie ſich gefliſſen
wolten eurn glauben wiſſen &c.

Finis:

Ach herr gedenck wir ſein getauft
darzu mit chriſtus Pluet erkaufft.

XIX. *fol.* 219. Quaedam ad *Rupertum de Mosheim* olim *Paſſav.* Eccl. Can. et Decanum, de quo *Cod.* DXXXIII. pertinentia, et in primis ea, quae de IV. Libris ſuis *de Monarchia et Palingeneſia chriſtianae Fidei* per *Julium Pflugium*, per Cancellarium *Mogunt.* et D. *Jacobum Reiter* ad Electorem *Mog.* referri voluit, lingua germanica; dein latine: *Iuditium datum Sacre Re. Maieſtati per doctorem Nauſeam et Joann. Cocleum ſuper negotio Ruperti de Mosbaim Decani olim Patauienſis. Acta Hagnoe Menſe Julio Anno. 1540.* Brevis, ſed graphica Hominis fanatici adumbratio.

DCCCCLXVII.

124 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 283. f. *Johannis Fabri* Ep. *Viennenſis* Adverſariis addendus, eiusque olim κτημα, ut, cum formula impreſſa thecae adglutinata, tum manu *Henrici Pfleger* ſcripta teſtatum facit, continet ſequentia: I. *Decretum Concilii Conſtantienſis, quo decernit Communionem ſub utraque ſpecie non eſſe ſub præcepto, et quod uniuerſalis eccleſiæ conſuetudo de Communione ſub una ſpecie ſeruanda ſit, ſecus facientes aut ſentientes impie ſentire decernit.* Pertinet ad Seſſionem generalem XIII. an. 1415. 15. *Junii* celebratam, legiturque apud *Labbeum* T. XVI. *Concc.* edit. *Venet. col.* 218. et *Herm. von der Hardt Concil. Conſt.* T. IV. P. 4. p. 332. cum nonnullis Variantibus.

II. *fol.* 3. *Abiuratio Hieronymi de Praga.* Pertinet ad Seſſionem XIX. 23. *Septembr.* habeturque apud *Labbeum col.* 292. et *Herm. von der Hardt* P. 8. p. 503.

III. *fol.* 8. *Declarationes novae Iglavienſes Compactatorum Pragenſium anni* 1433. Extant in *Leibnitii Mantiſſa Cod. J. G. diplom.* p. 147. datae *Iglauiæ Olomucenſis Dioceſis die quinta menſis Julij. Anno domini* 1436. Sed non viderit magnus *Leibnitius* Deſcriptiones VI. *Sigillorum*, quae in *Codice* noſtro additae ſunt, videlicet *Sigismundi* Imp. *Alberti* Ducis Auſtriae, et Legatorum Concilii *Baſil.* ad Bohemos et Moravos *Philiberti* Ep. Conſtantienſis Prov. Rothomag. *Joh. de Palomar* Archidiaconi Barchinonenſ. *Martini Bernerii* Decani Turonenſ.